

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Wilhelm David Habermann

Passionem Christi Ceu Christianæ Vitæ Speculum

Rostochii: Literis Joh. Wepplingi[i], [1715?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100351989X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1715. Fästken.

M-1256 ^{139.}

A. 1715.

PASSIONEM CHRISTI
CEU
**CHRISTIANÆ VITÆ
SPECULUM**

O. O. C. A.

REPRÆSENTAT

WILH. DAV. HABERMANNUS,

ED. D. P. P. & POLIATER

p. t.

ACADEMIÆ RECTORI



ROSTOCHII,

LITERIS JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.

& ACADEM. Typogr.

M. 1256

139



Hristum, dulcissimum Salvatorem nostrum, nostrum
loco patientem, exemplum nobis reliquisse, ut inse-
queremur vestigia ipsius, divino agitatus Spiritu A-
postolus Petrus nos docuit 1. Epist.. II. 21. Non, quod iste
vel solus, vel primarius passionis Christi scopus atq;
finis sit, uti quidem Christianismi nomenclaturam mentiens,
at quam longissimè ab eo adhuc aliena, Socinianorum turba
perperam persuasum sibi habet; sed, quod, præter primarium
ejus finem, quem redemtionem universi in peccata prolapsi ge-
generis humani esse, ex *Math.* XX. 28. *Gal.* III. 13, IV. 4. 5 &
qvam plurimis aliis apertissimis Scripturæ locis novimus, sicuti
& ipse Petrus, Christum peccata nostra pertulisse in corpore
suo super lignum, hoc ipso in capite seq. v. 24. attestatur: etiam
ad hoc passio Redemptoris inserviat, ut speculum quasi nobis
esset, quod intuentes delineatum in eò deprehendamus christi-
anæ vitæ cursum, qvidq; tum deceat, tum oporteat eos, qvi non
tam affectant, qvam cum re ipsa gerere student Christianorum
nomen. Ita Christum Petrus dicit nobis reliquisse ~~ταῦτα μὲν~~,
per Metaphoram qvandam à pictoribus vel scriptoribus de-
sumtam, qui discipulis exemplar seu archetypum quoddam pro-
ponunt, quod scribendo pingendo æmulentur. Adeoq; mo-
nitos isto vocabulo nos vult, ut, qvantum fieri potest, ad imita-
tionem Christi Christiani vitam nostram instituamus. Et
sanè, si integrum percurrere liceret passionis Christi historiam,
vel universæ Christianæ vitæ in eādem exemplum offensuri es-
semus: id vero dum per chartæ huic scriptioni destinatæ spati-
um non licebit, nec concatenatæ occupationes aliae permittent,
ad Sacrorum publicorum Antistites, melius Vos, *CIVES ACADE-
MICI O. O. HONORATISSIM!* prolixiusq; ex publicâ Ecclesiæ Ca-
thedrali hac de re instructuros, ablegandi eritis. Interim, ut &
meo officio, si non ex aſſe, ex parte tamen, satisfaciām, repræ-
sentabo & ipſe Vobis passionem Christi ceu Christianæ vitæ
speculum, ut in eo Vosmet contemplati, exemplum imitemini
illius

illius , qui ipmet sese nobis exhibere voluit exemplum. Et quidem , ut vita christiana consistit tum in mali omissione , tum in commissione boni : regula namq; ejus sive norma lex est , quæ & fugienda prohibet , & facienda præcipit ; ita passio Christi , ejus exemplum si imitamur , nos mala fugere , bona sequi , docet. Admonemur ejus ab ipsomet Petro , quando l. c. v. 24. scribit : Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum , ecce passionem ! ut peccatis mortui , justitia vivemus , ecce speculum integræ Christianæ vitæ ! Emortuum corpus sensu rerum destitutum est : ita nos peccatis moriamur , passio Christi vult. Evidem , quamdiu hanc mortalem vitam vivimus , adeò non sumus à peccato liberati , ut ne qvidem sensus illius , nisi in ipsâ morte demum , à nobis tollatur. Moriendum nihilominus peccato in tantum est , ne regnet in mortali nostro corpore , ut obediamus illi per cupiditates ejus , ut loquitur Paulus Rom. VI. 12. Moriendum peccato est , ut nullum plane ipsius , qui cum approbatione ac delectatione conjunctus sit , sensum habeamus. E contrario , in speculo passionis Christi videmus , justitiæ vivendum nobis esse. Vita justitiæ vel de justitiâ imputatâ intelligi potest , quando nempe Deus perfectissimam Christi justitiam verâ fide apprehensam nobis imputat , sicque propter illam nos justificat , seu justos pronunciat atque declarat ; vel de justitiâ inhæsivâ , quæ virtus in nobis est , à quâ justæ proficiscuntur & internæ & externæ actiones. Quantumvis alioquin regeniti atq; fideles in justitiâ Christi à Deo ipsis imputatâ vivant , unde nihil in illis condemnabile est , Rom. IIX. 1. ; haud tamen Petrus b. l. eandem præcipue intelligit , sed de vitâ justitiæ inhærentis loquitur , ut videlicet id in vitâ agamus , quod justum est sanctumque. Unius enim justitiæ nomine , quicquid virtutum Christianarum in verbo Divino præscriptum nobis est ac commendatum , comprehendit. Non quidem , quod exactè justam agere vitâ valeamus : id enim in hoc immundo mundo promittere sibi aut sperare quis ausit ? sed ut in cunctis actionibus nostris justitiæ studeamus , eidemq; nos totos dedamus totosq;. Et hoc à nobis

) . 2

passio

passio Christi requirit, quod & Paulus passim epistolarum sua-
rum indicat. Inter alia notabilis planè locus est Tit. II. n. sqv. quem
vel quotidiè meditentur Christiani, inque omnibus actionibus
oculis quasi obversantem respiciant, conveniens est. Illuxit, sunt A-
postoli verba, *gratia DEI saluti fera omnibus erudiens nos, ut abnegata
impietate & mundanis concupiscentiis, sobrie & justè & piè vivamus
in praesenti seculo, exspectantes beatam illam spem & apparitionem gloriae
magni DEI, & Servatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seme ipsum pro
nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, ut purificaret sibi ipsi popu-
lum peculiarem, sectatorem bonorum operum.* Scilicet, non est, ut quis
fibi persvadeat licentiam peccandi, posteaquam Christus peccata
nostra pertulit in suo corpore, quin potius passiones illius pro-
pter peccata nostra in memoriam semper revocare nobis debe-
ant officia nostra. Pati namque voluit Christus, ut purificaret sibi
populum proprium, populum christianum, & ab ipso denomi-
natum, & ipsum Dominum suum agnoscentem, & ilius ex man-
datis vitam instituentem, ipsum eum Dominum suum imitando.
Licet enim per Baptismum quoq; repurgemur à peccati fordi-
bus; non tamen ea sola purificatio, neq; primario hic intelligi-
tur, sed quam ante indicaverat Paulus per *abnegationem impi-
tatis mundanarum & concupiscentiarum.* Et quemadmodum passio
Salvatoris tendit ad remotionem impietatis; ita non minus pie-
tatis quoque reparationem respicit. Etenim redemti per eum
sumus ab omni iniquitate, ut sectatores simus bonorum ope-
rum, videlicet, ut ante dictum erat, *sobrie erga nosmet ipsos, &
justè erga proximum nostrum, & piè erga DEUM vivendo in pra-
senti seculo.* Ecce igitur in passione Christi christianæ vita spe-
culum! Et non in genere tantum christianam vitam vivis quasi
coloribus in illâ depictam deprehendimus, quin etiam speciales
in eâdem Christianum quemlibet decentes virtutes cernere da-
tur. Videmus hinc exemplum obedientiæ Deo promptissimè, non
in prosperis solum, sed adversis quoq; rebus exhibenda. Cum
in eo jam esset, ut imminentes sibi passiones sustinere aggredie-
retur

retur Salvator ; ac in montem olivarum egressus effusam in se
propter nostra peccata iram divinam persentilcere jamjam inci-
peret, Patrem quidem rogabat, si vellet, ut ab ipso poculum istud
transferret, mox autem addit : *veruntamen, non mea voluntas, sed*
tua fiat, Luc. XXII. 42. Unde etiam Paulus Phil. II. 8. de ipso te-
statur : *Humilem præbuit semet ipsum, factus obediens usq; ad mortem,*
mortem autem crucis. Habemus hīc, CIVES OPTIMI ! quod imi-
temur. Quamdiu res nostræ prosperè fluunt, DEUM seqvi, illius
jussis obedire, & ad ipsius voluntatem voluntatem nostram com-
ponere nobis videmur. At si quid adversi nobis evenit, tum de-
mum , si rectè nos nostrosque affectus exploraverimus, insti-
tutâ cum obedientiâ Christi comparatione , sentiemus, non
adeò nos pronos ad obediendum DEO esse. Nam non so-
lum, quando benè nobis est , divinæ voluntati obseqvi nos
oportet, verùm etiam in malis nos afflignantibus , etiamsi ea-
dem injustè citra meritum nostrum pati nobis videamur . U-
bique enim ac omni in fortunâ , ad imitationem Christi, dicere
nos oportet : non mea, benignissimè Pater ! sed tua voluntas fiat.
Cumq; illa obedientia conjunctam in speculo passionis Christi
cernimus patientiam sumimam , & nobis ideo sequendam. In
illo tanta ea fuisse deprehenditur, ut suo jam tempore de ea vati-
cinatus Esaias Cap. LIII, 7. pœnalis passionis patientissimam hanc
tolerantiam descripsérat , quod eâ futurus esset Servator mitissi-
mus ad instar parvæ pecudis ad mactationem adductæ , Et oris coram
zsonoribus suis obmutescentis, non aperturus os suum , atque adeò ne mi-
nimum quidem vel impatientiæ vel minationis signum ex eo
egressurum. Isteq; prædictioni omnino respondit eventus, ex aper-
tissimo testimonio Petri I. Ep. II 2; scribentis: *Quum maledictio incolleret*
resur, non regessit maledicta, cum malu afficeretur, non minabatur, sed ira-
didit vindictam ei, qui iudicat justè. Qva in virtute ut imitentur Christū
Christiani, patientiam in omnibus afflictionibus, qvacunq; ex cau-
sa à cœlesti Patre , cuius sine nutu aut permissione nihil nobis ad-
versi contingere potest, immisis, exhibentes, expresse justerat Apo-
stolus

stolus in antecedentibus: Hac est gratia, si quis propter conscientiam Dei,
(quia DEUM novit, ei que patientiam placere scit) suffert molestias,
prater meritum affectus malis. Quia enim est laus, si quum peccantes ala-
pis cedemini, suffertis? sed si quum benefacitis, tamen malis afficimini,
suffertis, hoc est gratia apud DEUM: Si quidem in hoc vocati
estis, quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquentes nobis exemplum,
ut insegueremini vestigia ipsius. Qvae licet proximè ad servos ab he-
ris mala patientes directa sint; quemlibet tamen fassurum autumo,
de omnibus etiam Christianis illud dictum atque intelligendum
esse. Estque per argumentum à majori ad minus hinc concluden-
dum: Si in malis injustè nobis inflictis patientiam ad imitationem
Christi exercere nos oportet; quanto igitur magis, si justè patimur,
propter peccata nostra? Coram DEO autem nemo justus est, ut non
nisi poenam mereamur omnes. Sed ad aliam in omni Christianâ
vitâ exercendam virtutem progrediendum nobis erit, quam, ceu
in speculo, in passione Christi observamus, à nobis propterea quo-
que exprimendam. Humilitatem indigit christianam, quam vi-
vis quasi coloribus in Christo depinxit, simulq; illius ad imitatio-
nem cohortatur Paulus Phil. 11. 5. s. q. v. ls, ait, affectus sit in vobis, qui
fuit & in Christo JESU, qui quum esset in forma DEI; (tota plenitudine
DEitatis corporaliter in eomet habitante, Col. II. 9.) non rapinam ar-
bitratus est, ut esset æqualis DEO, sed semet ipsum exinanivit, formâ servi,
(consistente in statu & conditione humanæ naturæ naturali atque
tenui) assumta, in similitudine (naturalium ac infirmorum, qva-
ntumvis sine peccaminosis infirmitatibus) hominum constitutus & in
schemate reperiens ut homo. Humiliavit se ipsum, factus obediens usq; ad
mortem, mortem autem crucis. Hanc igitur virtutem sectemur, offi-
cium nostrum est, si Duce nostrum, à quo denominationem ge-
rimus, seqvi velimus. Non decet servum superbire, cuius Do-
minus humilem se exhibit. Et quid superbìa est? fons & origo
omnium peccatorum. Qvae nobis superbìendi causa? quibus ni-
hil est, quod non à DEO quasi commodato acceperimus, in tan-
tum, ut nec ipsimet nos nostri simus. Qui ergo nos superbos ge-
rere

rere vellemus, ubi Dux nōster Dominusque humillimum sese ges-
fit? Ex verā illā humilitate Christianā profluit porrō, cumq; pa-
tentia conjuncta est mansuetudo christiana, quam in speculo pas-
sionis Christi itidem ob oculos nobis positam videmus. Mitem
sese ac mansuetum exhibuisse Salvatorem in suis passionibus, jam
ante percepimus, adeò quidem, ut maledicentibus maledicta non
regeſerit, affligenſibus minatus non sit, vindictam tradens ei,
qui justē judicat, I. Petr. II. 23. Cumprimis autem imitandae man-
suetudinis effectus pariter ac testimonium est, quod ipſe, in cruce
pendens animamque suam mox Patri commendaturus, pro cru-
cifixoribus suis orabat, exclamando: *Pater, remitte illis, nesciunt enim,*
quid faciant, ceu apud Luc. XIII. 34. legere est. Ex quo discamus
dilectionem etiam inimicorum nostrorum, non fucatam, sed ve-
ram atque sinceram, oportet. Id qvod, uti omnes in universum
Christianos decet; ita Vobis cumprimis convenit, qui inter nos
in iisdem literarum Studiis tractandis commilitones estis, & hos
inter quam maximē, qui Vosmet sacris literis consecrastis. Utinam! exemplum patientis Christi oculis vestris omni tempore ob-
versaretur. Non enim, spero, tot inter Vos jurgia, tot pericu-
losa, nonnunquam etiam funesta tristiave, in cœtu vestro duella-
tum exoritura essent. Si quid forte injuriarum experti fueritis,
aut damnum passi, ad Magistratum vestrūm recurrite, justitiam
Vobis minime denegaturum, sed injurias amoturum, & contra
laſiones Vos defensurum, tantum ut inimicitiarum privatæq; vin-
dictæ, à DEO severiter prohibitæ, occasiones causæq; tollantur.
Dicerem de pluribus, qvæ in passione Christi, velut in speculo,
oculis propositæ nostris sunt, imitandæ à nobis virtutes. At fut-
ficere debet vel paucissimis attigisse, qvæ in omni vita & com-
muni conversatione, omni & loco & tempore, observandæ nobis
sunt, nisi Christianorum nomen, à Christo longè alieni, penitus
indigne gerere velimus. Ad hoc igitur speculum, *CIVES HONO-*
RATISSIMI! accedatis, Vos vestramque vitam in eo contempla-
turi. Id si feceritis, nullum superesse dubium potest, quin vari-

OS

os vitæ hactenus peractæ defectus animadversuri sitis. Qui faciem suam in speculo considerantes in illa maculas deprehendunt, contestim easdem abluere & abstergere nituntur, ut repurgatâ facie incedant, maculas dedecori sibi esse reputantes. Qvod si igitur hominum aspectui puram objicere faciem allaboramus: nonne multo magis, ut in conspectu omnia intuentis DEI à vitæ maculis puri appareamus, annitendum nobis erit? Non sufficit, defectus agnovisse; sed emendare eos oportet. Quod quam negletum à nobis sæpè fuerit, propria cuicunq; conscientia testabitur, segnitiei desidiaq; culpabilis, si alibi, in hoc quam maximè, nosmet accusatura. Nunc autem tempus est, o CIVES! quo & alioquin nullo tempore destituimur, purgandi vitam nostram à peccatorum sordibus, ubi sanctitas Servatoris nostri, quam in vita exprimere tenemur, in speculo passionis ejus ob oculos nobis depicta sistitur. Insequamini proinde vestigia ipsius, ejus imitemini exemplum. Præsertim hoc sanctissimo tempore, qvo acerbissimarum, quas nostrum loco perpessus est, passionum memoriam recolit Ecclesia. Cavete Vobis, oro hortorque, ab omni impuritate, ~~ἀσωματική~~, petulantia & quicquid Christianorum turpare vitam potest. Sunt de cetero quoque tam formidolosa tempora nostra, quæ vel sola nos admoneant, ut, vitatis omnibus seculi vitiis & mundanis vanitatibus abdicatis, ad seriam tandem aliquando pœnitentiam configiamus, & non superficiariæ vitæ emanationi studeamus omni, qui possibilis est, conatu. Qvandoquidem autem id nobis, ut nobis, possibile minimè est, Sanctissimum DEUM devotissimis precibus imploremus, ut Spiritum suum in corda nostra effundat, qui ipse nos sanctificet totos, ut integer noster spiritus, & anima, & corpus, ita ut in nullo possimus culpari in adventu DOMINI nostri JESU Christi, servetur. Idq; ipse faxit per & propter Christi, unici Salvatoris ac Domini nostri, passionem atq; mortem. Amen!

P. P. Subl. Sigillo Academiae

Domin. Quintages.
d. 3. Mart. Anno MDCCXV.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn100351989X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100351989X/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn100351989X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100351989X/phys_0012)



rere vellemus, ubi Dux nōster Dominusque humili-
fit? Ex verā illā humilitate Christianā profluit porrō
entia conjuncta est mansuetudo christiana, quam in-
sionis Christi itidem ob oculos nobis positam vider-
sese ac mansuetum exhibuisse Salvatorem in suis pa-
nte percepimus, adeò quidem, ut maledicentibus nō
regeſerit, affligentibus minatus non sit, vindicta
qui justē judicat, I. Petr. II. 23. Cumprimis autem im-
suetudinis effectus pariter ac testimonium est, quod
pendens animamque suam mox Patri commendatur
cifixoribus suis orabat, exclamando: Pater, remitte illis,
quid faciāti, ceu apud Luc. XIII. 34. legere est. Ex
dilectionem etiam inimicorum nostrorum, non fuc-
ram atque sinceram, oportet. Id qvod, uti omnes i
Christianos decet; ita Vobis cumprimis convenit,
in iisdem literarum Studiis tractandis commilitones
inter quam maximē, qui Vosmet sacris literis conſec-
nam! exemplum patientis Christi oculis vestris omni-
versaretur. Non enim, spero, tot inter Vos jurgia-
loſa, nonnunquam etiam funesta tristiave, in cœtu
tum exoritura eſſent. Si quid forte injuriarum exp-
aut damnum paſſi, ad Magistratum veſtrum recurri
Vobis minime denegaturum, sed injurias amoturur
laſſiones Vos defensurum, tantum ut inimicitiarum p-
dictæ à DEO severiter prohibitæ, occasioneſ cauſa
Dicerem de pluribus, qvæ in paſſione Christi, velu
oculis propositæ noſtris ſunt, imitandæ à nobis virtut-
ficere debet vel paucifimis attigile, qvæ in omni
muni conveſatione, omni & loco & tempore, obſer-
ſunt, niſi Christianorum nomen, à Christo longè ali-
indigne gerere velimus. Ad hoc igitur ſpeculum, C
RATISSIMI! accedatis, Vos veſtramqve vitam in eo
turi. Id ſi feceritis, nullum ſuperereſle dubium potest

